Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater clarifica me ex hac hora. Joh. c. vij. Sed propter hoc veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo. Et clarificavi et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audiebat dicebat tonitruum factum esse: alii dicebant angelus ei locutus est. Respondit ihesus et dixit: Non propter me vox hec venit sed propter vos. Nunc iudicium est mundi. nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audivimus ex lege quia xpc manet in eternum. Et quomodo tu dicis